



40575

kat.komp

1

Mag. St. Dr.

P

Teol. 3231

Wiczooskowski Stanislaw: Quaestio theolo-
gica de transubstantiatione sacramen-
tali.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0003044

Q V Æ S T I O T H E O L O G I C A

De Transubstantiatione
S A C R A M E N T A L I,
Ex Magistri Sententiarum Lib. IV. Distinct. 8.

10. 11. & 12.

D E P R O M P T A.
Explicabitur, atquè disputanda in Alma Aca-
demia Cracouiensi,

A


M. S T A N I S L A O
W I E C Z O R K O W S K I,
S. Th. Sententiariorum & Professore, Eccles. Collegiatæ
S. F L O R I A N I C A N O N I C O,
Inchoante Lib. IV. Sentent. explanationem.

*Anno Dñi. 1651. Mense Maio, Die II. Horâ 12. Alijs porrò di-
ebus Horâ 18. continuaturo*

P R O P O N E T V R.
Lectorio DD. Theologorum.

C R A C O V I Æ,
Apud Lucam Kupisz S. R. M. Typographum,

389



Fideliter fatemur ante consecrationem, panem esse & vinum quod natura formavit: post consecrationem verò, Carnem CHRISTI & Sanguinem esse, quod benedictio consecrauit.

S. Augustinus in lib. Sentent. prosperi.

40575 T

Q V Æ S T I O
T H E O L O G I C A

V Sanctissimi Eucharistiæ Sa-
cramenti olim Israëlitis in
manna coelitus demisso speciali-
ter præfigurati: modò in Sacro Al-
tari sub speciebus sensibilibus pa-
nis azymi triticei & vini naturalis
de vite, realiter, verè, ac substan-
tialiter contenti: materia remota
per conuersionem annihilatur, &
Ms in vltimo instanti prolationis ver-
borum totaliter transubstantietur,
nec ne?

CONCLUSIO I.

Sacramentum Eucharistiæ omnium Sacramentorum Sanctissimum, atque excellentissimum est,

COROLLARIA.

- I. *Sacramento Eucharistiæ cultus latriæ meritò exhibetur.*
- II. *Hoc Sacramentum per se primò ad conferendum gratiæ augmentum, institutum fuit.*
- III. *Omniū Sacramentorum & mysteriorum Dei, memoria, epilogus, & consummatio est.*
- IV. *Istud mysterium admirabile ratione naturali inuestigari non potest.*
- V. *Eucharistia simul Sacramentum & Sacrificium est.*

CONCLUSIO II.

Diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum per manna Isrælitis cælitùs demissum, specialiter præfiguratum fuit.

COROLLARIA.

- I. *Sacramentum Eucharistiæ conuenientissimè Panis Ange-*

Angelorum: Panis supersubstantialis: Panis He-
roorum, appellatur.

II. Is Panis Eucharisticus gratuito nobis de caelo da-
tur: & verbo Dei producitur.

III. Omnis saporis suavitatem, quã Anima nutritus
in se continet.

IV. In infinitum manna materiale Hebræorum, ex-
cedit.

V. Sacramentum Eucharistiæ, qui sub maiori specie su-
mit, non plus quàm qui sub minori, accipit.

C O N C L U S I O III

In hostia consecrata, Corpus & Sanguis
CHRISTI realiter, verè, ac substantialiter, præ-
sens adest.

C O R O L L A R I A.

I. Corpus CHRISTI sub speciebus Sacramentalibus
per solam similitudinem & figuram, non adest.

II. Perfectum & integrum Corpus CHRISTI, tam
sub magna, quàm sub qualibet minima parte spe-
cierum consecratarum, continetur.

III. Idem numero Corpus CHRISTI secundum pro-
priam substantiam simul in caelo, & in omnibus
hostijs hora eadem consecratis, existit.

IV. *Alium tamen modum essendi in celo, alium in hostia consecrata habet.*

V. *In Sacramento Altaris CHRISTVS nec tanquam in loco, nec per modum quantitatum, existit.*

CONCLUSIO IV.

Sacramenti Eucharistiæ materia remota, vt potè solus panis triticeus azymus, & vinum ex vite, per conuersionem, re vera non annihilatur.

COROLLARIA.

- I. *Istius conuersionis mirabilis à Creatione & Annihilatione plurimum differentis, & terminus à Quo: & terminus ad Quem, verè positius est.*
- II. *Terminus formalis & immediatus actionis conuersiue supernaturalis, ipsa substantia Corporis Christi est.*
- III. *In Sacramento Altaris Corpus CHRISTI per conuersionem ad indiuisibile nequaquam reducitur.*
- IV. *In eo tamen indiuisibiliter permanet.*
- V. *Sub speciebus Sacramentalibus desinente Corpore Christi, prior substantia panis non reuertitur.*

CON-

CONCLUSIO V.

Substantia panis & vini per verba consecrationis, in veram substantiam Corporis & Sanguinis CHRISTI totaliter in momento transubstantiatur.

COROLLARIA.

- I. Actio conuersua, quâ panis in Corpus & vinum in Sanguinem CHRISTI, transubstantiatur, omninò supernaturalis substantialis est.
- II. Ista transubstantiatio, verbis CHRISTI Domini: HOC EST CORPVS MEVM: Et HIC EST CALIX SANGVINIS MEI: à solo Sacerdote probatis, in ultimo instanti perficitur
- III. Verba consecrationis à Sacerdote in Persona CHRISTI non solum recitatiuè, sed etiam formaliter proferuntur.
- IV. Facta transubstantiatione, accidentia eadem numero que ante, manentia, à quantitate panis & vini, sustentantur.
- V. Post transubstantiationem asseuerare aliquid substantiæ panis, aut vini remanere, hereticum est.

Laudetur Sanctissimum Sacramentum.

Sub felicibus auspicijs
Per illustris Admodum Rūdi & Magnifici Domini,
D. IACOBI GORSKI,
I. V. Doctoris & professoris, Protonotarij
Apostolici Eccles. Cathedralis Crac:
CANONICI, & Collegiatæ SS. Omnium
Custodis, &c. Vniuersitatis Crac.
R E C T O R I S
Vigilantissimi.



